Qui autem seminat in spiritu.
de spiritu metet vitam eternam.
Bonum autem facientes non
deficiamus. tempore enim suo
metemus non deficientes.
Ergo dum tempus habemus
operemur bonum ad omnes
maxime autem ad dome-
sticos fidei. R. Bonum
est confidere in domino quam con-
fidere in homine. V. Bonum est
sperare in domino quam sperare in
principibus. Alleluia. V. Timebunt
gentes nomen tuum domine. et omnes reges
terre gloriam tuam. Sequentia mathei.
In illo tempore: Dixit ihesus disci-
pulis suis. Nemo potest
duobus dominis servire. aut
enim unum odio habebit
et alterum diliget. aut
unum sustinebit et alte-
rum contempnet. Non pote-
stis deo servire et mamo-
ne. Ideo dico vobis. ne
solliciti sitis anime vestre
quid manducetis neque
corpori vestro quid induami-
nis. Nonne anima plus est quam
esca. et corpus plus quam
vestimentum. Respicite vo-
latilia celi. quoniam non
serunt neque metunt ne-
que congregant in horrea.
et pater vester celestis pa-
scit illa. Nonne vos ma-
gis pluris estis illis.
Quis autem vestrum cogitans
potest adicere ad staturam
suam cubitum unum. Et de
vestimento quid solliciti e-
stis. Considerate lilia
agri quomodo crescunt. Non
laborant. neque nent. Di-
co autem vobis. quod nec Sa-
lomon in omni gloria sua
coopertus est sicut unum
ex istis. Si autem fenum
agri quod hodie est et cras
in clibanum mittitur deus
sic vestit. quanto magis
vos minime fidei. Nolite
ergo solliciti esse di-
centes quid manducabimus

aut quid bibemus: a
ut quo operiemur. Hec
enim omnia gentes inqui
runt. Scit enim pater vester
quia his omnibus indige
tis. Querite ergo pri
mum regnum dei et iusti
tiam eius. et hec omnia adici
entur vobis. Off. Expec
tans expectavi dominum et respe
xit me: et exaudivit depreca
tionem meam et immisit in os meum
canticum novum hymnum deo nostro.
Concede nobis domine ut hec Secr.
hostia salutaris et nostrorum
fiat purgatio delic
torum et tue propitiatio po
testatis. Per. Com. Qui
manducat carnem meam et
bibit sanguinem meum in me
manet et ego in eo dicit dominus. Pc.
Purificent semper et
muniant tua sacra
menta nos quesumus domine et
ad perpetue ducant
salvationis effectum. Per.

Dominica xvi. Offm.
Miserere mihi domine quoniam
ad te clamavi to
ta die. quia tu domine
suavis ac mitis es et copi
osus in misericordia omnibus
invocantibus te. V. Incli
na domine aurem tuam et exaudi
me. quoniam inops et pauper sum
ego. Gloria. Oratio.
Ecclesiam tuam domine
miseratio continua
ta mundet et muniat.
et quia sine te non potest sal
va consistere. tuo sem
per munere gubernetur.
Per. Lec. ad ephesios.
Fratres: Obsecro vos
ne deficiatis in tribu
lationibus meis pro
vobis. que est gloria vestra. Huius
rei gratia flecto genua
mea ad patrem domini nostri
ihesu christi. ex quo omnis pater
nitas in celis et in terra
nominatur. ut det vobis